



15074

kal.kome

III

Mag. St. Dr.

P

3876 Prawo.

*Sarmundensis Cas. franci Quaestio iuridica de rebus
eclesiae alienandis vel non.*

Q

I

Exc.

Clem

tot. 12

ms.

Ma

D

U. J

dici

Crac

sis

R

Pr

M. C

Philos

Vo

Anno, q

31

✠
IN NOMINE DOMINI AMEN.

Q U Æ S T I O J U R I D I C A,

De rebus Ecclesiæ alienandis vel non.

*Exc. Nuli liceat de Reb Eccl. alienan. c. Hoc consultissimo e. t. in 6. Clem. Monasteriorū. e. t. junct. can. Casellas cum seqq 10. q. 2. cann. tot. 12 q. 2. can. Nullus res Ecclesiæ cum duobus seqq 17. q. 4 l. lube-
mus. C. de Sacrosan. Eccl. et l. Sancimus. C. de reb. alien: non alienan.*

SUB FELICISSIMO REGIMINE

Magnifici, Perillustri & Reverendissimi Domini,

D. M. JOANNIS L U K I N I,

U. J. DOCTORIS & PROFESSORIS, Collegij Juri-
dici SENIORIS PATRIS, Ecclesiarum; Cathedralis
Cracoviensis CANONICI, Collegiatarum; Vislicien-
sis PRIMICERII, SS. Omnium Crac: CANCELLA-
RII, Sławkoviensis PRÆPOSITI, Contubernij
Regio-Jageloniani PROVVISORIS, Studij
Generalis Universitatis Cracoviensis.

R E C T O R I S,

Pro Loco in Collegio CC. DD. Jure Consultorum

M. CASIMIRO FRANCISCO JARMUNDOWICZ
Philosophiæ Doctore, Tyliciano Eloquentiæ Professore, Collega Juridico
Vocato, Ecclesiarum; Collegiatarū SS. OO. Crac: CANONICO, Ilcussi-
enſis DECANO, Publico Sacra Autoritate Apostolica NOTARIO.

Publicæ Disputationi

In Lectorio Collegij Juridici Universitatis Cracoviensis

P R O P O S I T A.

Anno, quō Christus salutē generis humani per Adā alienatā recuperavit. 1739. Die 27. Januarij.

Q U Æ S T I O J V R I D I C A.

U. Alienatio rerum Ecclesiasticarum temporalium, æquè immobilium ac mobilium pretiosarum, pro omni actu dominium rei in alium transferente sumpta, quibusvis Personis, exceptis casibus à jure permissis prohibita, pænis legum subjacere & revocari debeat? necne?

C O N C L U S I O I.

Alienatio rerum Ecclesiasticarum, æquè immobilium ac mobilium pretiosarum, pro omni actu dominium rei in alium transferente sumitur. (a)

a. c. nulli liceat. h. t. *Extravag. commun. Ambitiosæ e. t. l. sancimus C. eodem tit. Authen. de non alien. aut permut. rebus Ecclesiast. Novell. 7. Collat. 2. l. sed Celsus §. fin. ff. de contrahen. empt.*

COROL.

C O R O L L A R I A.

I. Res Ecclesiasticæ temporales, non rarò Patrimo-
nium CHRISTI (b) pecuniæ Christi (c) res DEI (d)
quamvis immediatè & proximè non DEO & eius
cultui, sed DEI Ministris deserviant (e) vocitatæ,
intelliguntur res illæ immobiles; quæ naturaliter
loco moveri non possunt, ut sunt fundi, agri, hor-
ri, vineæ, prædia, vel saltem non sine destructione,
ut ædes, templa & id genus alia; quemadmodum
& res mobiles censentur illæ res, quæ naturaliter,
vel se ipsas localiter movere possunt, ut animalia,
vel solum ab alijs integræ moventur, ut frumen-
tum, vinum (f.)

b. c. *Cum secundum de Prabend. & Dignit. c. Cum ex eo de Elect. in 6.*

c. *can. Qui Christi, can. Qui abstulerit. 12. q. 2.*

d. *Concil. Trid. sess. 25. Cap. 1. de Reform.*

e. c. *Hoc Consultissimo. h. t. in 6. l. Julianus. § fin. cum ll seqq. ff. de Action. empt.*

II. Quemadmodum per res Ecclesiasticas (ut dictum)
intelliguntur res mobiles & immobiles; ita per Ec-
clesiam intelligitur hic omnis locus pius, authori-
tate Superioris Ecclesiastici constitutus, nimirum
Templa, Capellæ, Oratoria, Altaria, Monasteria,
Domus Religiosæ, Clericorum Collegia, Montes
pietatis, Hospitalia, piæ Laicorum Congregationes
authoritate Episcopi erectæ. (g)

g. *Authen. Hoc jus porrectum C. de sacrosanctis Eccles. per can. Ea
enim 10. q. 2. canonizata Extravag. Commun. Ambitiosæ h. t.*

III. In Alienatione rerum Ecclesiasticarum tempora-
lium immobilium & mobilium pretiosarum, latior
acceptio præfertur strictiori, (h) ac propterea sub
nomine illius, non solum donatio, venditio, feu-
dum, emphyteusis & hypotheca prohibetur, sed

etiam locatio in longū tempore, seu ultra triennium, & quævis conventio circa res Ecclesiæ immobiles vel mobiles pretiosas, (i) ideoq; res istæ nec vendi, nec donari, nec infeudari, aut in longum tempus seu ultra triennium locari possunt. (k)

h. d. c. nulli liceat. h. t. Clementin. Monasteriorum c. i. & d. Extravag. Ambitiosa.

i. Arg. l. Societatem ff. pro Socio l. sed Celsus §. fin. ff. de contrahen. empt. l. Debitori C. de Pact.

k. can. Quicumque, can. Sacrilegium, can. omnes. 17. q. 4.

IV. Istæ res mobiles aliæ censentur pretiosæ, quæ servando servari possunt, & propter suum pretium, artem vel antiquitatem, singularem splendorem conciliant, ut sunt monilia, vasa aurea, argentea, Statuæ, Reliquiæ Sanctorum insignes: (l) aliæ non pretiosæ, quæ vel servando servari non possunt, ut vinum, frumentum, oleum &c. vel servatæ specialem decorem non conciliant, ut supellex communis & ordinaria. (m)

l. Arg. l. Lex qua & l. Tutores C. de Administ. Tutor. 24.

m. Konig. h. t. n. 14.

V. Ad res immobiles referuntur etiam Jura incorporalia, ut Jus venandi, piscandi, molendi, census annui, servitutes, (n) non verò pecunia in quacunque quantitate consistens, (o) etiam si fuerit ad rem immobilem comparandam destinata, (p) aut ex venditione rei immobilis accepta, (q) sed actiones, si ad res mobiles referantur, mobilibus: si ad immobiles, immobilibus rebus annumerantur. (r)

n. d. c. Hoc consultissimo. h. t. in 6. Clemen. Exivi de verb. signific.

o. l. si Chorus §. 1 ff. de Legat. 3. ibi. Quæ ibi mobilia mea erunt.

p. Gaill. lib. 2 obser. 11. n. 3. & 4.

q. Harpprecht. ad tit. Instit. Imper. n. 16. & seqq.

r. l. stipulationes in princ. ff. de verb. obligationib.

CON.

C O N C L U S I O II.

Alienatio rerum Ecclesiasticarum temporalium, æquè immobilium ac mobilium pretiosarum, quibusvis personis exceptis casibus à jure permissis prohibetur. (a)

a. *can. Non liceat. 12. q. 2. Concil. Trid. Sess. 22. Cap. 11. de Refor.*

C O R O L L A R I A.

I. Quamvis rerum Ecclesiasticarum temporalium mobilium ac immobilium administratio post summum Pontificem, qui pro Ecclesiarum necessitate & utilitate supremam disponendi facultatem obtinet, (b) competat Episcopis & alijs sæcularibus, & Regularibus Ecclesiarum Prælatiis, Abbatibus, Præpositis, (c) Abbatissis, Priorissis, (d) Parochis quò ad res Ecclesiarum Parochialium, & aliarum à Parochiali dependentium, (e) Rectoribus Hospitalium, quò ad res & bona Hospitalia, (f) illis tamen de jure Divino, (g) Canonico (h) & Civili (i) alienatio prohibetur.

b. *c. Per Venerabilem, Qui filij sint legit. Cardinal. Belarmin. de Romanis Pontif. Controv. 3. general. lib. 5. cap. 6.*

c. *can. Non liceat. can. Quisquis § omnium 12. q. 2.*

d. *Arg. c. Continebatur de his quæ fiunt à Prælatis sine consen: Capit.*

e. *c. Dilecti de Capell: Monach: c. perpetuus de fide Instrumen.*

f. *c. Fraternitatem de Donationib: Casellas. 10. q. 2. & Constit: Provin: Regni Nostri lib: 3. h. t. pag. 166.*

g. *Levitic: Cap. 25. vers. 23. ibi: Terra quoque non vendetur in perpetuum, quia mea est & vos advena & coloni mei estis.*

h. *can. Possessiones. 16. q. 1. & d. Extravag. Commun. Ambitiosa. h. t.*

i. *l. Jubemus C. de Sacrosanct. Eccles.*

II. Prælatus, sive Episcopus sive Abbas non potest dare terras vel alia bona unius Ecclesiæ suæ alteri Ecclesiæ etiam suæ, nec easdem inter se commutare

B

non

non habito, quo ad utramq; Ecclesiam consensu, IV.
(k) nisi subsint causæ vel causa solennitati conjun-
cta, (l) multò magis ab Ecclesia etiam si noviter
accesserint (m) alienare, (n) quamvis in illa plenam
habeat potestatem. (o)

k *Vivian. in Ration. Iuris Pontifi lib. 3. in c. non licet. h. t.*

l *c. Dudum. h. t. in 6. Rota in Lucana Terrarum 10. xbris 1613.*

m *can. Possessiones. 16 q. 1. n. can. si Episcopus 12 q. 2.*

o *can. si ex Laicis. can. sic quidam & seqq. 10 q. 1.*

III. Ut res Ecclesiasticæ temporales æquè mobiles pre-
tiosæ ac immobiles licitè alienentur, requiruntur
causæ legitimæ, sine quibus nec inferiores ad alie-
nationem se conferre, nec eam Superiores ratiha-
bere possunt, (p) quales causæ sunt vel necessitas non
qualiscunque sedurgens, si nimirum Ecclesia pre-
matur ære alieno, ædificia ruinam minitentur,
necessaria ad peragendum Divinum Officium desint:
(q) vel utilitas evidens, per quam Ecclesiæ conditio
manifestè redditur melior, (r) vel pietas, quæ maxi-
mè cernitur in redemptione captivorum non solum
ex jugo infidelium, sed etiam ex manibus fidelium
inimicorum, (s) in sublevatione pauperum, (t) in a-
versione gravis damni. (u) in defensione Fidei Catho-
licæ adversus Paganos, Hæreticos, & quosvis Eccle-
siæ hostes, (x) vel Incommoditas, ut si res alienan-
da plus damni, vel incommodi, quam utilitatis
Ecclesiæ afferat. (y)

p *can. sine except. 12. q. 1. q. can. si quis 10. q. 2. Clemen. Monasterio: h. t.*

r *d. can. sine exceptione ibi. Quod non sit dubium profuturum Eccle-
sia. c. cum Apost: cū seqq. de his quæ fiunt à Præl. sine consē Capitul.*

s *can. Sacrorum Canonum, 12. q. 2. l. sancimus in fine, C. de sacr: Eccles:*

t *d. can. Aurum 12. q. 2. & d. l. sancimus.*

u *arg. in c. Non minus. c. adversus de Immunit: Ecclesiastic.*

x *Vincen: de Petr. Comment: Apost: tomo 1. pag. m. 109 à n. 95.*

y *can. Terrulas. 12 q. 2. & l. fin. ff. de rebus illorū qui sub tutela & cura sūt*

nsensu, IV. Præter justam causam ad alienationem rerum Ec-
conjun- clestiarum temporalium, immobilium & mobilium
noviter pretiosarum de jure communi prærequisitam, serva-
plenam ri debet certa juris communis forma seu solenni-
tas consistens in tractatu seu plena cognitione cau-
sæ & consensu expresso totius Capituli vel saltem
majoris vel sanioris partis, (z) ac autoritate Superi-
oris, ejus scilicet; cui Ecclesia rei alienandæ subest,
qui in Monasterijs exemptis est ipse Summus Pontifex,
vel saltem superior Generalis Ordinis habens qua-
si Episcopalem jurisdictionem, (aa) in non exemptis
Episcopus. (bb)

1613.

les pre-
runtur
ad alie-
ratiha-
tas non
ia pre-
entur,
defint:
nditio
maxi-
solum
delium
(t) in a-
Catho-
Eccle-
alienan-
tilitatis

z c. *Quanto. de his quæ fiunt à Pralat. sine consen: Capituli.*

aa *Clementin. Monasteriorum & ibi glossa v. proprij h. t.*

bb *can. Abbatibus 12 q. 2. Lipski Observat. Pract: Cent 2. Obser. 38 n. 10.*

V. Licet rerum immobilium & mobilium pretiosarum
alienatio omni jure prohibeatur, (ut dictum est) res
nihilominus quæ servando servari non possunt, (cc)
item res in feudum & Emphyteusim per actus fre-
quentatos ad minus duos, concurrente ad id præ-
scriptione valida annorum 40. concedi solitæ (dd)
in feudum & Emphyteusim similem dari non pro-
hibentur, (ee) prout & locatio ad triennium, (ff) cui
tamen successor stare non tenetur (gg) præsertim si
sit facta anticipatâ solutione (hh) nisi interveniat in
illa consensus Sedis Apostolicæ, (ii) vel nisi sit no-
mine & in rem Ecclesiæ facta. (kk)

terio: h t.
m Eccle-
Capitul.
r: Eccles:

cc *l. Lex quæ l. Tutores C. de Prædijs minor.*

dd *Alex. Cons. 9. vol 5. Bero. in c. Quæ in Ecclesiis n. 40. de Con-
stit. quos citat & sequitur Piafecki. in Prax. Episco. p. 2. cap. 6.
art. fin. n. 24. de Bonus Mensæ Episcopalis.*

ee *c. Ex parte de Feud. & l. Pater Filium ff. de Legib. 3.*

ff *c. Præterea ne Pralat. vices suas, & Clement: Monasteriorum h. t.*

gg *Abb. & comm. DD. in c. fin. ne Prælati vices suas.*

hh *Concil: Trident. sess. 25. Cap: 11 de Reform.*

ic.
95.
cura sunt
IV.

ii Rodoan. in Tractat. h. t. q. 58. n. 54. Seraph decis. 136.

kk Covarr: vari. resol. lib. 2. Cap: 15. § Rota decis. 232. in nov.

CONCLUSIO III.

Alienationes rerum Ecclesiasticarum temporalium pænis legum subjacent. (a)

a c. si quis Presbyterorum h. t. Covarro: loc: cit. Cap. 17. n. 1.

COROLLARIA.

I. Res Ecclesiasticæ temporales immobiles vel mobiles pretiosas indebitè alienantes, si sint Archiepiscopi vel Episcopi à Pontificaliù usu (b) eo ipso suspendi, ab ingressu Ecclesiæ arceri. (c) Si verò sint Clerici inferioris Ordinis & dignitatis, à suorum Ordinum executione similiter ipso facto suspendi, (d) communione fidelium eousq; (e) donec rem alienatam recuperent, & suæ Ecclesiæ seu Beneficio restituant, (f) ac insuper beneficijs & officijs quorum res & bona alienarunt, privari jubentur. (g)

b c. Hoc consultissimo h. t. in 6. Constit: Provin: Regni nostri Lib. 3. e. 1 pag: 166. c d Extravag comm. Ambitiosa h. t. § ibi Vivian. § Quia dignum circa medium.

d d. Constit: Provincial: Regni nostri pag. 166.

e can. Quicumque 17. q. 4. c. Nulli liceat c. si quis h. t.

f can. Monemus 12. q. 2. Abb. in c. Irrita de his quæ fiunt à Prælat. l. iubemus. § Oeconomus C. de sacrosan: Eccle:

g can. Quisquis 12. q. 2. can. Quicumque 17. q. 4. § d. Constit: Provin: § sicut alienatio.

II. Etiam Superiores Regulares, res & bona suorum Monasteriorum sine consensu Episcopi & Monachorum alienantes, pænam privationis omnium suorum Officiorum, & perpetuæ inhabilitatis ad alia, tum amissionis vocis activæ & passivæ ipso facto incurrunt (h) absq; alia sententia declaratoria, (i)

h Constit: Urbani VIII. Calen: Novemb: 1625. Humanæ Salutis, quam refert Piaſceki in Prax. Episcop: p. 2. cap. 5. art. fin. n. 4. de Bonis

de Bonis mensa Episcopalis. Et Constitut: Provincial: loc. cit. §. quia Nonnulli, & §. Et quoniam.

i Congregat: Concil: in Roman: pro Cisterciens: 1. Septemb. 1657. & Sacra Congregat: Episcoporum in Tropien: Alienationis 11. Jan. 1692.

III. Non solum alienantes, sed etiam ad alienationem quocunque modo Clericos permoventes sententiam excommunicationis incurrunt, (k) imò & Clerici de hujusmodi alienatione scientes, & Superioribus suis non denuntiantes, à perceptione fructuum de beneficijs suis, quæ in Ecclesia gravata obtenant, per triennium sunt suspensi. (l)

k d. c. Hoc consultissimo. §. Laici. h. t. in 6. & ibi DD.

l d. c. Hoc consultissimo §. Contractus ad fin: & ibi Virian: §. Quia dignum. Alagon. in Compen: Juris Canon: pag. 423.

IV. Emptor rei Ecclesiasticæ nulliter alienatæ, vel alius, qui eam possederit, tenetur eam unà cum fructibus à die alienationis perceptis Ecclesiæ restituere, (m) nec cum error juris, cui jus resistit, ab hujusmodi restitutione excusare potest, (n) nisi in facto errer, vel nisi bona fide alienet, aut alienationem ante realē & pacificā traditionē rei alienandæ justa causa à pænis in Extrava: comm: Ambitiolæ hoc titulo valiatis, excuset. (o)

m l. Iubemus §. 1. de Sacros: Eccl: Felin: in c. Cum Causa n. 27. de sent: & re judicat.

n Covarr. Lib. 1. variar. Resolut: Cap: 3. n. 8. Rycc: in prax. rerum for. Ecclesiasticæ. Resolut: 18. n. 2.

o Pyrrh: Corrad: in prax. Dispensat. Apostolic: lib: 9. Cap. 8. n. 17. Sacra Congr: Concil: in Tarentin: 9. Aprilis 1701.

V. Alienans res Ecclesiasticas téporales immobiles, vel mobiles pretiosas, non solum est sacrilegus, (p) sed etiam, præcipuè si enormiter lædatur Ecclesia, tenetur & ad pretium rerum alienatarum resarciendū (q) & ad interesse ac damna compensanda. (r)

p can. sacrilegium 17. q. 4.

C

q con.

q *can. si quis. 12. q. 2. c. Ad nostram h. t.*

r *Rot: in Pisan. Liquidationis fructuum. 17. Octobr: 1571. coram Orano. & in Romana. Casalis. 13. April: 1593. coram Blanchett.*

CONCLUSIO IV.

Alienatio rerum Ecclesiasticarum temporalium Immobiliū vel mobiliū pretiosarum revocari debet. (a)

a *can. Monemus. can. Statuimus 12. q. 2. d. c. Nulli liceat h. t. & Conc: Trid: sess: 25. Cap: 11. de Reform.*

COROLLARIA.

I. Rerum Ecclesiasticarum alienationem invalidè factam, non solum Prælatus, qui rem (b) etiam præstito juramento de alienatione non revocanda, alienavit, (c) ejus successor, (d) Capitulum, (e) sed etiam quælibet Persona Ecclesiastica, (f) imò etiam quilibet Laicus Parochianus, multò magis Patronus Ecclesiæ (g) revocare seu repetere potest.

b *c. Si quis h. t. can. Non liceat. 12. q. 2.*

c *c. Pervenit de Iurepatronatus.*

d *c. Si quis Presbyter. & c. Episcopi h. t.*

e *Arg: in d. c. si quis & Perhing: ibid. n. 67. in fin.*

f *d. c. si quis & ibi DD.*

g *can. Constitutum 16. q. 1. can. Filijs & can. Decernimus 16. q. 7.*

II. Præter repetitionem rerum indebitè ab Ecclesiâ alienatarum, datur Ecclesiæ regressus contra ipsum Prælatum taliter res Ecclesiasticas alienantem ad damnum; quod Ecclesiæ intulit, ex bonis ejus si quæ habet refartendum, non secus ac pupillo contra Tutorem indebitè administrantem. (h)

h *d. can. Monemus. can. Episcopus qui filios. 12. q. 2. c. Ex presentium de pignoribus. l. Si Parentes. C. de Evictionib. & l. fin. C. de Hæredib. Tutor.*

III. Res

III. Res Ecclesiæ invalidè alienatæ præscriptione quadraginta annorum (i) non obstante, repeti possunt, (k) quemadmodum & illæ; quæ solenniter quidem & ex iusta causa, sed cum enormi læsione alienatæ sunt, (l) etiamsi de non revocatione rei alienatæ iuramentum præstitum fuerit. (m)

Concil. Aurelian. 3. Cap. 11. & d. Const. Urbani VIII.

Schmier. Lib. 1. Tract. 2. cap. 4 sect. 1. § 4. n. 95. & seqq.

l. Rem maioris C. de rescinden. vendit. Mynsinger. Cent. 1. obs. 33.

Idem Mynsinger. Cent. 5. obs. 59 n. 3. & 5. ac DD. ab eo citati.

IV. In rebus Ecclesiæ alienatis non satis est læsionem pretij supplere, sed ipsa res alienata per restitutionem in integrum revocari debet. (n)

Abb. in c. Constitutus. n. 10. h. t. Baldus in c. Cum causam. n. 2.

de Testib. Covarr. Lib. variar. Resolut. Cap. 3. n. 12. v. tertio.

V. Non tantum Bona Ecclesiæ, vel Monasteriorum absq; consensu quorum interest alienata jure vindicanda & recuperanda sunt, (o) sed etiam bona Regni in præjudicium Regni & Regiæ dignitatis per Regem alienata. (p)

Virrian. in Rationali. Iuris Pontific. Alagon. in Compend. Iur.

(Canonici pag. 299.

p. Constit. Regni nostri: O Dobrach Koseielnych, fol. 469.

Regi sæculorum immortalis, invisibili i. ad Tim. 1. v. 17. iusta præcipienti, & illicita prohibenti, can. si Ecclesia 23. q. 4 in fine, iudicium & justitiam facienti can. Regum 23. q. 5. honor & gloria in sæcula sæculorum. Amen.

i. ad Timoth. 1. Ver. 17.

Permiffu Magnifici Domini
R E C T O R I S.

Biblioteka Jagiellońska



stdr0033771

~~de parricidiorum. Cas. 2.º~~
~~Spaccio in Italia de rebus Ecclesie alienatis~~
~~et mori.~~